30

Actum in Curia Regia Branscen. Sabbatho post festum Sanctorum Omnium proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Szelnicka et Stanislaus ... vide in Protocollo ...

Koce Borowe — **Exemptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Mathias olim Andreae Koc sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobiles Stanislaus Gaspar Albertus filij olim Alberti Koc Staszik ex obligatione bonorum in hereditate Koce Borowe consistentium sibi per olim parentem eorum inscripta Quinquaginta florenos Polon. persolverunt ideo ipsos quietat et inscriptionem cassat salva semi-natura hyemali ad colligendum reservata.

Koce — **Exemptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Martinus filius Christophori Saszin Niemyski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobiles Stanislaus Gaspar Albertus filij olim Alberti Koc Staszik ex obligatione bonorum in hereditate Koce consistentium sibi recognoscentis in Triginta florenos Polon. per olim Parentem eorum inscriptos eosdem Triginta florenos Polon. persolverunt ideo ipsos quietat inscriptionem cassat et de bonis ex nunc condescendit.

Koce Niemyiskie — **Quietatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes Nobiles Joannes et Martinus filij olim Christophori Saszin Niemyski Nomine suo et Parentis sui ac Jacobi fratris ac Annae Niemyska Matris suae Nominibus a quibus de rato et grato cavent in forma iuris plenissima sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia Nobiles Stanislaum Gasparum Albertum filios olim Alberti Koc Staszik et Benedictum olim Martini Joannem Mathiam Jacobum filios filiosque eiusdem Benedicti Baltazarum Niemyski Paulum Sielucki de Omnibus Protestationibus Vulnerum Inductionibus causis actionibus Citationibus Ratione quarumcunque iniuriarum et Citensionum hucusque agitatarum et agitandarum obiectarum

sufficientem satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt Processus Protestationes Obductiones et Citationes quasvis et Suspensiones Omnes Nullas excipiendo cassant perpetuo.

Winski Camerarij T. Drohiciensis Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus personaliter comparentes Nobiles Joannes et Martinus Filij Nobilis Christophori Saszin Niemyski sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet illorum suo interesse recognovit. Quia Generoso Michaeli Winski Camerario Terrae Drohiciensis et in eventu mortis illius Successoribus Centum floren. Polon. debiti certi veri et liquidi mutuati atque pecuniis tenere ac debere et pro Dominica Laetare Quadragesimalem proxime futura parata pecunia solvere realiterque et effective dare et restituere se de Omnibus bonis suis Mobilibus et immobilibus Successoresque suos debitis de eisdem bonis onerandos submittit et inscribit sub Vadio simili aliorum Centum floren. Polon. in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo Pro quo quidem Vadio ac summa essentiali suprascripta recognoscentes Ad instantiam Memorati creditoris sui sive eius Successorum Ad Officium Castrense Capitaneale Drohiciense Citatabi[illegible] suis cum Successoribus [illegible] tunc in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere inscriptioni praesenti ac eius contentis tum [illegible] Vadio exinde succumbere ac Citatis Omnibus ab Officio non recedendo satisfacere Omneque iudicatum pati suis cum successoribus tenebuntur Eundem terminum primum peremptorium et alios Omnes subsequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios Nullis Controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus dilationibus quibuscunque Motionum Appellationibus ac earum prosequutionibus evadere Volendo in his et alijs Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos Successores [illegible] abscribendo et abrenunciando. Sub amissione suae suorumque successorum totius et integrae causae.

Brzechnicki Submissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensis personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Adami ~~[illegible]~~ filius de Samostrzy

Przeszwoszky